



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 13. Articuli pacis inter Papam & Regem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. periculis undique cingebatur, jamque
A. C. 1485. hostiles copiæ Nomentanum pontem occu-
 pabant, impositoque milite præsidario
 circum moenia urbis grassabantur. Ig-
 tur ad has excursiones tempestive col-
 bendas die vigesimo octavo Decembri
 Sanseverinas Pontificium eduxit exerce-
 tum, hostemque recuperato ponte depo-
 lit, omnesque captos trucidari jussit.
 Sparsæ hujus belli faces universam Ital-
 am accendebant; nam Ferdinandus Rex
 tum Florentinorum, tum Sfortiæ Duci
 Mediolaneensis auxilia sibi adsciverat;
 Pontifex vero non modo Venetos, ve-
 rum & Genuenses sibi foedere junxit.
 Cum autem Rex Neapolitanus Lothe-
 ringiæ Ducem cum exercitu accurret
 comperisset, mox anxiis curis torquen-
 coepit, ac concordiæ pactis, quæ eidem
 Cardinalium nonnulli opportune pro-
 fuerant, faciliores præbuit aures, eaque
 quantumvis summo Pontifici sat proficu-
 lubens acceptavit.

§. XIII.

*Articuli pacis inter Papam &
Regem.*

Igitur pax sequentibus articulis sanctis
 erat: Rex Ferdinandus, qui a Sixto
 Pontifice censem ad solum equum album
 reduci obtinuerat, jam in ejus locum
 octo-

ostoginta (*) millia aureorum quotannis
 tributi nomine pro Neapolis regno pen- Sæcul. XV.
A.C. 1485.
 dat; Regni Proceres servet incolumes;
 suam Aquilanis libertatem relinquat, an
 Pontifici vel Regi subesse vellent; distri-
 buat Pontifex pro arbitrio omnia regni
 sacerdotia; necnon eidem liberum sit
 Francis ad recuperationem regni accur-
 rentibus transitum & commeatum pre-
 stare: denique Virginius Ursinus, qui a
 Papa defecerat, nudus pedes & caput,
 collum laqueo involvens, flexisque geni-
 bus coram Pontifice clementiam supplex
 depositat: reliqui vero ex Ursinorum fa-
 milia Pontificis voluntati se totos dedant.
 Evidem Ferdinandus omnes hos pacis
 articulos se servaturum spopondit, fidem
 tamen datam brevi fefellit: quamvis Re-
 gem Hispaniæ, Mediolani Ducem, &
 Laurentium Medicœum vades dedisset.

Onuphr. &
 Ciacon. in
 Innoc. VIII.

§. XIV.

(*) Spondanus, Pagius & alii non nisi
 octo millia unciarum auri passa fuisse referunt,
 & hoc vero similius est; quippe hodiecum ejus-
 modi census summo Pontifici a Rege Neapolita-
 no in Vigilia SS Petri & Pauli penditur; non
 enim plusquam duodecim millia Scutorum Nea-
 politanae monetæ, seu octo millia Scutorum Ro-
 manorum offeruntur.